



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 78. Gnesnensis Archiepiscopi hanc Synodum urgentis artes a
Commendono dissipatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Tridentina Synodus cunctis Archiepiscopis præciperet, ut cum Provinciæ suæ Episcopis una congregatis conferrent, junctaque opera ad Ecclesiarum Regimen necessaria decernerent, hinc Ucangius hanc occasionem perversis suis consiliis accommodam adhibere, ac jactato Synodi decretis obtemperandi obtentu Concilium Nationale convocare statuit, sui que animi propositum Commendono manifestavit: equidem omnes ceteri Episcopi, probique Viri ejusmodi conventum exoptabant, imo ipsemet Commendonus Papæ Nuntius huic rei sese non opposuisset, nisi Ucangii indolem, atque iniqua ejusdem consilia sibi perspecta habuisset, ne tamen sibi crimini dari posset, perinde ac si tam salutari, atque ab omnibus pie sentientibus approbato operi oblectatus fuisset, hinc Synodum Petricoviæ convocari consensit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1564.

§. LXXVIII.

Gnesnensis Archiepiscopi hanc Synodum urgentis artes a Commendono dissipatæ.

Interea Commendonus cuncta Archiepiscopi molimina vigili oculo explorabat, cum autem comperisset, quod ipse clam hæreticos conquireret, eorumque antesignanos huic Synodo interesse vellet, mox de tota rei serie Regem

Grat. l. c.

Sæcul XVI.
A.C. 1564.

gem per Nicolaum Volskium Kiovia Episcopum Regi additissimum certio-
torem fieri curabat; hic vero ab hæ-
reticis seditionem conflare veritus, ad
Ucangium, & ad Nuntium perscripsit,
præcipiens, ut hæc Synodus ad tem-
pus magis tranquillum remittere-
tur: hac igitur ratione Nationalis Sy-
nodi molimina fuere everfa, omnesque
Ucangii artes dissipatæ.

§. LXXIX.

*Impressa Tridentinæ Synodi decreta
Commendono a Pontifice trans-
missa.*

Grat. c. 11.
Pallav. c. 13.
num. 1.

Sub idem tempus Commendonus acta,
& Tridentini Concilii decreta in u-
num volumen redacta a summo Ponti-
fice recepit, unacum literis, quibus
omnem operam impendere jubebatur,
ut hæc decisiones tanquam fidei, & Ec-
clesiasticæ disciplinæ norma publice re-
ciperentur. Eadem quoque mandata
Commendonus a Pontifice receperat in
Prussia, quo Cardinalem Osium olim Sy-
nodi Legatum visurum ibat; hic enim non
ita pridem Tridento redierat, ut in sua
Varmiensi Diœcesi commorans, ibidem
ministerii sui munia expleret. Itaque
ambo de mediis ad optatum rei exitum
necessariis conferunt, ut tamen dif-
ficul-